

Universitätsbibliothek Wuppertal

L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Actus quartus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-770

Gaudet; eosdem colit, atque odit.
Tristis virtus perversa tulit
Præmia recti. castos sequitur
Mala paupertas! vitioque potens
Regnat adulteri.
O vane pudor, falsumque decus!
Sed quid citato nuncius portat gradu,
Rigatque mœstis lugubrem vultum genis?

983. Eosdem] Fluctuans, mobilis, inconfans populus. *Farnabius.*

984. Tristis virtus perversa tulit] Sollicitans hæc virti docti, & alii dolet, alii recta. Mihi sedet nihil convellere. Sensus, Boni, adicti ac merentes, (nam pro his dicit tristem virtutem) malam mercedem, malam gratiam (hæc perversa præmia) rectorum propositorum & operum reportant. Tuit, pro fert, (ut supra Iuvit pro Iuvat) adipisciuit, accipit. Thyestes: Stupet genitrix prima Rosida lucis perversa sui lumina regni. *Gronovius.* Boni poenarunt iniquam virtutis sua mercedem. *Farnabius.*

988. O vane pudor, falsumque decus!] Apoiopefis ex interventu nuncii. *Farnabius.*

990. Restatque mæstus lugubrem vultum genis?] Flor. & Voßianus: Rigatque mæstu lugubrem vultum genis. Quam lectionem quam res clamet esse veriorem, & reperient in suis Delrius & Gruterus, turbæ tamen adhuc & numero prævorum codicium datum, ut exsilareret. Nos vero lubentes eam recepimus. *Gronovius.*

ACTUS QUARTUS.

NUNCIUS. THESEUS.

Narrat Theseo nuncius, ut perierit Hippolytus discerpitus ab equis suis quos terruerat taurus marinus à Neptuno ex Thesei voto immisitus.

Nunc. **O** Sors acerba & dura famulatus gravis,
Cur me ad nefandos nuncium casus vocas?

Theſ.

991. O sors acerba] Servitus, quæ adigis servos ad trifilia non raro minifleria. *Farnabius.* Fugerat inpidicos amplexus Hippolytus, & in fuga perirebat, obitus historiam patri nunc. Nuncius narrat, defecribit etiam Thesei, eo auditio, sensus mediis inter patrem

& iram, sumptus hic Actus ex Euripi de in Hippolyto Coronato, cum quo utile sit conferre, & cum Philostrato lib. 2. de imagine Hippolyti. *Delrius.*

992. Ad nefandos nuncium casus vescu?] Non male Egian. nefandi, ait Delrius: coquæ primior Gruterus ad reci-

Theſ. Ne metue clades fortiter fariasperas;

Non imparatum pectus ærumnis gerat.

Nunc. Voce in dolori lingua luctificam negat.

Theſ. Proloquere, quæ sors aggravet quaſam domum.

Nunc. Hippolytus (heu me) flebili leto occubat.

Theſ. Gnatum parens obiſſe jam pridem ſcio.

Nunc raptor obiit. mortis effare ordinem.

Nunc. Ut prōfugus urbem liquit infesto gradu,

Celerem citatis paſſibus curſum explicans,

Celſos ſonipedes ocius ſubigit jugo,

Et ora frenis domita ſubſtrictis ligat.

Tum multa ſecum effatus, & patritim ſolum

Abominatus, ſæpe genitorem ciet,

Acerque habenis lora permiffis quatit:

Cum ſubitō vastum tumuit ex alto mare,

Crevitque in aſtra, nullus inspirat fallo.

Ventus, quieti nulla pars cœli ſtrepit,

Placidumque pelagus propria tempeſta agit.

Non tantus Auster Sicula diſturbat freta,

Nec tam furenti pontus exſurgit ſinu.

Regnante Coro, ſaxa cum fluctu tremunt,

recipiendum in contextum, quod ſe quoque inveniſſe reſtatur in novem fuis. Hoc ſi non male, nec male Flor. *Cur me ad nefandum nuntium caſus?* Neutrū tamen nielius patrem vulga- ra. Durum videtur loquendi genus, vocari ad nuntium, pro vocari ad nuntiandum, vel ad nuntium perferendum. At illud expeditum: Sors dum ſervi- turis me vocat, vel iubet: eſſe nuntium ad caſus nefandos. *Gronovius.*

994. Non] Afflitum ærumnis & preparatum: ut qui *Omnia precepit atque animo mecum ante peregi.* Farnab. *Pectus ærumnis gerat.*] Florent, ut Mo- gunt. faro. Et ſequenti verſu luctificam, non luctifico. Item, *flebili leto occubat; nou' voto.* Gronovius.

997. *Flebili leto occubat.*] Non ab-

horrent ali' ab, *flebili voto.* Sed quo minus id heic locum habeat, obſtar ro- ta fabula. Aderat nuncius Hippolyto, ideoque nihil ei conſtare poterat de voto paterino. Præterea, dubito an dicatur Latine *recumbere flebili voto.* *Gmt.*

998. *Gnatum parens.*] Iamducum perit mihi filius, ubi primum officii & pieſatis innominata uxori patris ſed- prum inferre conq[ui]ſtus eſt. Illo enim die nocens moritur, quo peccat: jam tandem raptorem perifſe audio. *Farnab.* Vel ex voto ſeſebam eum perituisse.

1004. *Multa ſocium.*] Apud Eutipidem enim, unde torus hic defumptus eſt actus, ait Zos̄. *μηχανή εἴλω, εἰ τοις μηχαναῖς αὐτοῖς αἱ τοις οὐρανοῖς ἀπομοζεῖ, περιποτε, εtc.* *Farnabius.*

1013. *Coro.*] Thyest. v. 576. *Idem.*

1014. *Leu-*

Et car-

Conſu-

Tumi-

Nec i-

Terr-

Prove-

Gravi-

Oſten-

Latue-

Et ſce-

Et qua-

Hæc d-

Immu-

Summ-

Spuma-

1014.

caten : &

Promote-

nimbosu-

1017.

gantibus

ratur, fed

1019.

peſtabam

exungens

dum. Ide-

1021. L-

è ſuo: La-

videt mu-

codd. Se-

qui ſunt in-

caſus etia-

Onnes en-

ſummi vi-

Lat. rupe-

Epidauri-

leſio tan-

fiderat. I-

apositione-

cuntur colo-

facta. Aſco-

deus colit

Epidauri-

Et cana summum spuma Leucatem ferit.
 Consurgit ingens pontus in vastum aggerem, 1015
 Tumidumque monstro pelagus in terram ruit.
 Nec ista ratibus tanta construitur lues:
 Terris minatur. fluctus haud cursu levi
 Provolutus. nescio quid onerato sinu
 Gravis unda portat. quæ novum tellus caput 1020
 Ostendit astris? Cyclas exoritur nova.
 Latuere rupes, numen Epidaurii Dei,
 Et scelere petrae nobiles Scironides,
 Et quæ duobus terra comprimitur fretis.
 Hæc dum stupentes querimur, en totum mare 1025
 Immugit. omnes undique scopuli adstrepunt.
 Summum cacumen rorat expulso sale.
 Spumat, vomitque vicibus alternis aquas.

Qua-

1014. *Leucatem ferit.*] Flor. *Leu-*
caten: & mox, in terras ruit. Gronov.
Promontorium Acarnaniae. Leucata
nimbosa cacumina montu. Farnabius.
 1017. *Nec ista* J. *Nec tamen navi-*
gantibus exitium ab hoc monstro pa-
ratur, sed terris. *Idem.*

1019. *Nescio*] Non sine stupore ex-
 pectabamus, si qua nova insula è mari
 exurgens augeret numerum Cycla-
 dum. *Idem.*

1022. *Latuere nube numen.*] Lipsius
 è suo: *Latuere rupes.* Amicus ejus nil
 vident mutandum, consentientibus
 codd. Sed non vidit Florentinum, &
 qui sunt melioris notæ, aut nescio quis
 casus etiam bonos ejus hic vitiavit.
 Omnes enim rupes, non nube. Alii
 summi viri: *Latuere nube nomen.* vel,
Lat. rupes nomine: vel, *nude numine*
Epidaurii dei. Sed veterum librorum
 loco tantummodo explicacionem de-
 siderat. Nam per epexegesin (vulgo
 appositionem vocant) *rupes* illæ di-
 cuntur *numen Epidaurii dei*, quæ sunt
 sacrae *Æsculapii*, in quibus Epidaurius
 deus colitur & numen habet: est enim
Epidauri contractum pro Epidaurii.

Mela lib. 2. cap. 3. *Epidaurii Æscu-*
lapii templo incliti. Vbi prorsus simi-
 le loquendi genus: *In Achaea atque*
Elide quondam Pisa Oenomai, Elii &
numen delubrumque Olympii Iovis. Pli-
 nius lib. 8. epist. 8. *Sparsa sunt circa*
facella complura, toridemque dei finu-
lastra: sua cuique veneratio, suum nu-
men. Ergo ait: raper, quæ sunt numen
Epidaurii dei, latuere: Epidaurus, ubi
colitur Æsculapius, apparere desit.
Gronovius.

1027. *Rorat expulso sale. Spumat,*
vomitque] Nec hoc placet, nec rorare
spumas: et si scio Ovidii: Roratis lu-
stravit aquis. Sed & Flor. *sale. Lege:*
rorat expulso sale Spumans. Duplici
 imagine illustrat spumeum verticem,
 quem habet interdum illa moles. Sum-
 mum cacumen modo canescit spumis,
 perinde ut herbæ matutino ror vel
 pruina albantes, & ut litus ab æstu
 undas candidas instar salis suffitens:
 modo excitat velut vi spiritus interio-
 ris expellente aliam aquatum copiam.
 Virgilii lib. 1. *En. spumas salis are*
ruebant. *Idem.*

1028. *Spumat, vomitque]* Qui heic
 versus

- Qualis per alta vehitur Oceanus freta
 Fluctus refundens ore physteter capax. 1030
 Inhorruit concussum undarum globus,
 Solvitque sepe, & litora invexit malum
 Majus timore. pontus in terras ruit,
 Suumque monstrum sequitur. os quassat tremor.
Thes. Quis habitus ille corporis vasti fuit? 1035
Nunc. Cærulea taurus colla sublimis gerens,
 Erexit altam fronte viridanti jubam.
 Stant hispidæ aures. cornibus varius color:

Et

versus trahunt, efficiunt ut auctor
 hand satis exprimat quod voluit, nem-
 pe mare non fecit spumaesse & alternis
 vicibus evomuisse undas, quam solet
 physteter. *Gruterus.*

1030. *Physteter capax.*] Bellua ma-
 rina prægrandis, ex balanarum ge-
 nere, ore maximo, dentibus fer-
 atis, columnæ modo se attollens, &
 ex alto velis navium diluvium quan-
 dam infundens, eatumque alveos
 quandoque deprimit, eructat, non
 ore, sed fistulis quibusdam in verti-
 ce prope oculos positis, quare versus
 Seneca sic interpongi debet; *Flu-
 ctus refundens, ore Phys. cap.* Nec
 enim credendum, errasti Senecam ho-
 minem Turdetanum, cum in eo mari
 frequens sit pisces, teste Strabone lib. 3.
 ubi eum describit, & à flando vult de-
 nominatum, quia cum fluctus efflat,
 speciem quandam nubis in columnæ
 formam effigiat spectantibus præbet.
 Ab Orcâ distinguitur, quia longior
 Physteter, & dorsuali spinâ caret. *Op-
 pianus lib. 1.* Halieut. *Φύσις αλον* nun-
 cupat. vide Attianum lib. retum Indi-
 carum, qui de Physteter est intelligentius
 cum scribit: ὅπι καὶ περ τοῦ πε-
 φερόδρου ξ' ἡ πόντον ἀναφυσά-
 ἐτοίω τὸ οὐδωρέστε εἴη que in ma-
 ri volutantia aquam sursum efflent. vi-
 de Ælian. lib. 9. de his. Animal. Pli-
 nius lib. 9. cap. 4. Solinum in Polyh.

Wottonum lib. 8. de Differ. animal
 & Rondeletium lib. 16. de Pisibus,
Delrius.

1038. *Cornibus varius color.*] Qua-
 re cornibus? Plinius lib. 11. cap. 17.
 varios lusus naturæ in his animalium
 armis notans colorum nullam dif-
 ferentiam facit. Columella in bubis &
 vaccis cornua requirit *nigrantia*, lib. 6.
 cap. 1. & 21. Itaque etiæ in tam accu-
 rata descriptione aliquid de cornibus
 dici velles, dubites tamen, an hoc sit
 fatus aptum. Et alio vocant optima
 membranæ, in quibus: *orbibus variis
 color.* Quasi hic jam oculos describere
 incipiatur, fingaturque in illis & torvum
 illud, quam *majestatem boni*. Vero
 vocat, & glaucum vel cæruleum, quod
 proprie et deorum & monstrorum
 maritimorum. Hoc si effet, vix appelle-
 landi mox videntur fuisse *Oculi*. An
 igitur ea vox ex margine irrepert, dele-
 ta, quam ibi Seneca posuerat? Refer
 lib. 9. cap. 5. Tiberio principe ad lit-
 tus Gallicum belluas miræ varieatis
 & magnitudinis ab Oceano destitutas,
 interque reliquias elephantes & arietes,
 candore tantum cornibus adsimiliatis.
 An igitur ex hac recenti & no-
 ta tum historia sumpsit Seneca de co-
 lore, quo sub undis natorum insignia
 cornua? & retinendum τὸ cornibus?
 Sed pro candore quidam codices ha-
 bent tumore. Gronovius.

1039. Et

Et q
 Et q
 Ocu
 Opin
 Nare
 Musa
 Long
 Tum
 Facie
 Squa
 Pistr
 Tren
 Passi
 Men
 Diffu
 Ven

1039
 lor ter
 Delrius
 natiu.

1040
 Idem,
 oculos
 munt. V
 ram ve
 rula infla

1044
 boum d

1045
 Reclu
 lla pejor
 tinus. c

tuum p

mendu
 placuit,
 infra. V

num. c

1045
 est polis

Virg. de

poffrem

Triton

Et quem feri dominator habuisset gregis,
Et quem sub undis natus. hinc flammam vomit; 1040
Oculi hinc reluent. cœrula insignis nota
Opima cervix arduos tollit toros:
Naresque hiulcis haustibus patulæ fremunt.
Musco tenaci pectus ac palear viret.
Longum rubenti spargitur fuso latus. 1045
Tum pone tergus ultima in monstrum coit
Facies, & ingens bellua immensam trahit
Squammosa partem. talis extremo mari
Pistrix citatas sorbet aut reddit rates.
Tremuere terræ. fugit attonitum pecus
Passim per agros; nec suos pastor sequi
Meminit juvencos. omnis è saltu fera
Diffugit: omnis frigido exanguis metu
Venator horret. solus immunis metu

1050

Hip-

1039. *Et quem feri]* Mixtus illi color terrestris tauri, & vituli marini. *Delrius.* Dominator] Taurus. *Farnabius.*

1040. *Sub undis]* Vitulus marinus. *Idem.* Hinc flamman vomit;] Ad oculos refert Etruscus, & habet, vomunt. Videatur scribendum: *hinc flamman vomunt Oculi*, hinc reluent cœrula insignis nota. *Gronovius.*

1044. *Palear*] Pells ex gutture boum dependens.

1045. *Rubenti spargitur fucco latus.*] Repte Lipsius fuso, contra centrum militia pejorum librorum. Sic & Florentinus. *Succo* & *fatum* est & perpetuum pro *fuso* plebeiorum codicum mendum. *Sulco*, quod Gruterio perplacuit, arcet verbum *spargitur*, de quo infra. Vide Nic. Heinium ad Claudianum. *Gronovius.*

1045. *Vltima*] Ultima forma, id est posterior pars definit in pescem. sic Virg. de Scylla, pectore virgo Pabat tenus postrema immanni corpore pistrix. & de Tritone: *Frons hominem prefert, in*

pistrix definit alvus, nam & *Pistrix* dicitur. *Farnabius.*

1049. *Pistrix*] Monstrum marinum tantæ magnitudinis ut absorbent naves. Plin. 26. *Idem.* Et *Pristis* legitur. Ingens in Indico mari bellua, pilosa, parit animal. Plinius, lib. 9. cap. 4. & 13. Secundum quosdam etiam *serra* Latine, vulgo *Nivella* vel *Caldero*, vel *Malthe*: quod ultimum nomen Suidas novit: *πρίστης εἰδός κατεξερεστατής η λεγούμενη μελθόν, οὐ δυστελέχωστιν εστι.* *Pristen* genus esse certi marini, inexpugnabile, quod *Malthe* dicitur. *Quætri* soler, quomodo scribendum. Nam in Sidonii libris modo *pristi*, modo *pistrix*. de Tritone: *Iamque suam parcenti pistre flagellat, at alibi: Pristigeno qua concha vehit Tritone Cytheron.* *Delrius.* *Sorbet aut reddit rates.*] *Delrius* vetat dubitari an sincerum sit. Florentinus tamen confirmat, quod ille in Mog. inventus: *sorbet aut frangit rates.* *Gron.*

1050. *Tremuere*] Vide *Vitium* hæc de se narrantem, i. e. Met. Ovid. *Farn.*

Hippolytus arctis continet frenis equos, 1055
 Pavidosque notæ vocis hortatu ciet.
 Est alta ad Argos collibus ruptis via,
 Vicina tangens spatia suppoliti maris:
 Heic se illa moles acuit, atque iras parat.
 Ut cepit animos, seque prætentans satis 1060
 Prolusit iræ, præpeti cursu evolat,
 Summam citato vix gradu tangens humum,
 Et torva currus ante trepidantes stetit.
 Contra feroci gnatus insurgens minax
 Vultu, nec ora mutat, & magnum intonat; 1065
 Haud frangit animum vanus hic terror meum,
 Nam mihi paternus vincere est tauros labor.
 Inobsequentes protinus frenis equi
 Rapuere currum: jamque deerrantes via,
 Quacumque pavidos rapidus evexit furor, 1070
 Hac ire pergunt, seque per scopulos agunt.
 At ille, qualis turbido rector mari
 Ratem retentat, ne det obliquum latus,
 Et arte fluctus fallit; haud aliter citos
 Currus gubernat: ora nunc pressis trahit 1075
 CON-

1057. *Est alta ad agos*] Omnino Argos, eti severillud Etruscus. Vt batur ea via, qua Athenis in Peloponnesum ad mare itur: Trozena petisse ait Ovidius: eam urbem paruisse olim Argivis, tesis Pausanias. *Gronovius.* Omnes membranæ, effarta. Delrius.

1058. *Vicina*] Prope litus. Farnab.

1059. *Illa moles*] Monstrum marinum. *Idem.*

1064. *Gnatus*] Tuus ò Theseu. *Id.*

1067. *Nam mihi*] Hereditario jure mihi debetur hic labor, nam & pater raurum Marathonium superavit, Minotaurum interfecit. *Idem.*

1070. *Pavidos rapidus evexit*] Florentinus: rabidos pavidos evexit furor. An rapidos? nam furor pavidus bene se haber, quem pro affectibus nimis, qui

furores sunt causæ, alias tristis, alias hilaris, alias audax, alias timidus sit furor. *Gronovius.*

1072. *At ille, qualis*] Ait Euripides in Hippolyto: Καὶ δεωρόντι μὲν ἵπποντος τὸν θεότην Πολὺς ἔποικοι, ἵπποτος ἄνθες γέγονεν. Εἴ λεπτὸν τὸν ὥστε νομάσαις ἀντί, οἱ γέγονεις τὸ ὄπισθεν δεῖταις δέμας. Sane totum hunc de morte Hippolyti locum ab Euripide accepit. *Delrius.*

1075. *Currus* Euripides quadrigam fuisse tradit, quomodo ergo Philolatto credemus? qui, in Amphiarai imagine, negat Heroum tempore quadrigam in usu fuisse, præterquam soli Hectori. quomodo Dionyfio? qui lib. 7. scribit Heroibus semper bigam vel trigam placuisse. Scio Homerum Achilli

Con
Ver
Nun
Obe
Non
Incu
Tun
Imp
Erip
Præ
Laq
Pug
Sen
Don
Tali
Soli
Pha
Late
Scop
Et o

tes ec
alium p
torem
1077
Afidum
1082
+ D
Diana
Virbius
108
magia
cepit su
fusus.
deo. N
metuel
rentur.
These
non fu
ia ad L

Constricta frenis, terga nunc torto frequens
 Verbere coēcet: sequitur assidius comes
 Nunc æqua carpens spatha, nunc contra obvius
 Oberrat, omni parte terrorem movens.
 Non licuit ultra fugere. nam torvo obvius 1080
 Incurrit ore corniger ponti horridus.
 Tum verò pavida sonipedes mente exciti
 Imperia solvunt, seque luctantur jugo
 Eripere, rectique in pedes jactant onus.
 Præceps in ora fusalis implicit cadens 1085
 Laqueo tenaci corpus: & quanto magis
 Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.
 Sensere pecudes facinus, & curru levi,
 Dominante nullo, qua timor jussit, ruunt.
 Talis per auras non suum agnoscens onus, 1090
 Solique falso creditum indignans diem;
 Phaethonta currus devio excusfit polo.
 Late cruentat arva, & illisum caput
 Scopulis resultat, auferunt dum comassent
 Et ora durus pulchra populatur lapis. 1095
 Peritque multo vulnere infelix decor.
 • Moribus
 tres equos tribuere Iliad. xvi. sed
 alium poëtam quartuor, qui vidit; He-
 ctem curru quadriginga raptarier. Delt.
 1077. Sequitur] Equos. Farnabius.
 Asidius] Taurus marinus. Idem.
 1082. Sonipedes] Hinc Irrato-
 & dietus, qui prius Demoph. sed à
 Diana, seu Articulatio vita redditus,
 Viribus. Idem.
 1085. Præceps in ora gnatus,] Sic
 magna pars codicium. Alij. In ora præ-
 cepti fatus. At optimus? Præceps in ora
 fusalis. Quod verum esse ad severate an-
 dico. Nam gnatus interponunt, qui
 metuebant, ne de alto verta intellige-
 rentur. At quin de illo inter nunciunt
 Theseaque constaret, id addere opus
 non fuit. Observavimus ejusmodi pla-
 ta ad Livium. Cujus etiam platas, ef-

fundi
equo effusus.
equa
repte
corruis
consulemque lapsum
super caput effudit.
egum pro
trajectus, quem prolapsum per caput re-
gem effudisset. Virgilius lib. 7. Et ju-
venem monbris pavidi effudere matru.
Gronovius.
1086. Laqueo] Loris equorum. Farn.
1088. Curru] Sed leve pondus erat
neq; quod cognoscere possent. Solis equi, sa-
litaque jugum gravitate carebat. Idem.
1091. Solique] Phaethonti Solis
currum occupanti. Idem.
1092. Devio] Quo ipse Phaethon
devius erravit. Idem.
1093. Cruentat] Hippolytus. Idem.
1095. Populatur] Lacerat, disipit.
Idem.

Moribunda celeres membra provolvunt rotæ.
Tandemque raptum truncus ambusta sude
Medium per inguen stipite erecto tenet;
Paulumque domino currus affixo stetit. 1100
Hæsere bijuges vulnere, & pariter moram
Dominumque rumpunt. inde semianimem secant
Virgulta. acutis asperi vepres rubis,
Omnisque truncus corporis partem tulit.
Errant per agros funebris, famuli, manus, 1105
Perilla, qua distractus. Hippolytus, loca
Longum cruenta traitemen signat nota:
Mœltaque domini membra vestigant canes.
Necdum dolentum sedulus potuit labor
Explere corpus. hoccine est formæ decus? 1110
Qui modo paterni clarus imperii comes,
Et certus hæres, siderum fulsit modo;
Passim ad supremos ille colligitur rogos,
Et funeri confertur! *Thes.* O nimium potens,
Quanto parentes sanguinis vinclo tenes 1115
Natura! quam te colimus inviti quoque!
Occidere volui noxiū: amissum fleo.
Nunc. Haud quisquam honeste flere, quod voluit, potest.
Tb. Equidem malorum maximum hunc cumulum reor,
Si abominanda casus optata efficit. 1120
Nunc. Et si odia servas, cur madent fletu genæ?
Thes. Quod interemi, non quod amisi, fleo.

1098. *Truncus.* Corpus ira veluti
pītē hærens paulum morabatur equos;
disrupto, mox corpore cūsum per-
agunt equi. *Farnabius.*

1099. *Ejecto tenet;* *J.* Dubitavi al-
iquando an non scriperit, *erecto.* At
Lugdunensis editio non omnino male
injetto substituit. *Raphael.* 1101

1105. *Famuli.* *J.* Multitudine famu-
lorum. *Farnabius.*

1113. *Passim.* *J.* Sparsum undecun-
que collig. *Idem.*

1117. *Secoi*

1115. *Quanto.* *J.* Cedit, ira natura
legibus nec ipse Theseus à lacrymis se
continet. *Farnabius.*

1118. *Hanc quisquam.* *J.* Non satis
honeste flere licet, quod ipse voluit.
Idem.

1120. *Sic abominanda.* *J.* Si quod ac-
cidens fecerit pecunie, ejus rei quam
quis prius optaret. *Idem.*

1122. *Quod interemi.* *J.* Quod ego
pater causa fuerim, necis filio, non
quod ille perierit. *Idem.*

1123. *Ro-*

Sublin-
Hip-

Q
Levi-
Serv-
Præb-
Adm-
Eur-

1123
nz, *qu-*
nabius.

1124
Minor.
me ve-
fortuna.

Tuscul-
exigu-
miuum
primu-

Grimo-
1127
ri. J. *proculi-*
tione d-
nes; *no-*
fano,
fuit. *N-*
nes sen-
lis insci-
in mag-
moriens
mus m-
Facili-
defuni-

1128

stigia.

1129
pīsus su-
Euro-
cus eju-
quo qui-
tes exci-

1130

CHORUS.

*Sublimis fortune instabilitatem & pericula, humiliis securitatem canit,
Hippolyti mortem deflet.*

Quanti casus humana rotant!
Minor in parvis Fortuna furit,
Leviusque ferit leviora Deus. 1125
Servat placidos obscura quies.
Præbetque senes casa securos.
Admota ætheriis culmina sedibus
Euros excipiunt, excipiunt Notos,

In-

1123. *Rotant!*] Alludit ad Fortunæ, que vulgo fingitur, rotam. *Far-nabius.*

1124. *Minus in parvis*] Florent. Minor. Cicero lib. i. de finibus: *Optime vero Epicurus, quod exiguum dicit fortunam intervenire sapienti.* Lib. 5. Tuscul. *Quid melius quam fortunam exiguum intervenire sapienti?* Et, quod mirum est, sic onines Gruteri. Sed primum Fabricium immutasse video. *Gronovius.*

1127. *Præbetque somnos casa secu-
ros.*] Quod quasi aliud agens è Mog. protulit Deltius, & postea nemo men-
tione dignum judicavit: *Præbetque se-
nes; nobis in duabus Germanicis, Vos-
fiano, & denique Florentino obvium
fuit.* Nempe in tugurio vel casa homi-
nes senebant, quippe quorum vita nullis
infidis obnoxia erit, ut eorum, qui
in magnis domibus agunt. Alexander
mortiens agnoscere se ajebat fānum
domus majorum suorum: nam plerisque
Æacidiatum intra trigelimum annum
defunctos. *Idem.*

1128. *Culmina*] Altarum ædium fa-
stigia. *Farnabius.*

1129. *Duros excipiunt Notos*] Li-
pisi suppleri verbum è libro julleræ:
*Euros excipiunt, excipiunt Notos, Ani-
mus ejus, ne id amico deberet, per se
quoque: Recte Mogunt. auctior: Eur-
os excipiunt, excip. Not. Ergo Grute-*

rus unum alterumque Ms. sic habere
ait, quod expulsa priore scriptura pro
legitimo auctoris editores imperi ac-
ceperint: accedere quidem illis pal.
unum: si tamen revocafie in lucem
duros illos notos, quod illi patrocinan-
tentur sui codices, &c non videret val-
de magnum discrimen inter Eurum &
Borean, cuius veris proximo mentio
fit. Tribus scitissimis addo membrana-
ceos duos, Yossianum & Florentinum;
alterum nullo adverbiorum pejorem,
alterum omnibus etiam optimis me-
liorem. Ipsam verborum formulam
non placuisse hanc, & illa homini ele-
ganzi minor: sed irascinaverat illum
numerus villissimorum codicum. Nam
argumentum, quo uti vult videri,
merita sophistica est. Inter Borean &
Eurum non videt magnum discrimen:
nempe qui ambo venti orientales. Fe-
tio, quum octo numerantur venti: ut
ab oriente verno Eurum, aëtivo Aquilō
vel Boreas, hiberno Vulturnus; ab oc-
cidente hiberno Cœpys, verno Favonius,
aëtivo Africus; à meridie Auster, à
septentrionibus Apertias. At alii, & in
primis Poëtae, quatuor detrahunt ven-
tos Homero auctore, & dorunt solos
quauor sic ab illo expressos: Σειρήν
Εὐρώπης ζεύς. Ζεύς τε, Νότος
τε δυσαέλεφος. Και Βορέας. Vides tan-
tum discrimen inter Eurum & Borean,
quantum inter Orientem & Septentrio-
nem.

Insani Boreæ minas, 1130
 Imbriferunque Corum,
 Humida vallis raros patitur
 Fulminis iactus. tremuit telo
 Jovis altisoni Caucasus ingens,
 Phrygiumque nemus matris Cybeles. 1135
 Metuens cœlo Juppiter alto
 Vicina petit. non capit umquam
 Magnos motus humiliis tecti
 Plebeia domus.
 Circa regna tonat, 1140
 Volat ambiguis
 Mobilis alis hora. nec ulli
 Præstat velox Fortuna fidem.
 Qui clara videt sidera mundi,
 Nitidumque diem nocte relicta, 1145
 Luget mœstos tristis redditus;
 Ipsiisque magis fleibile Averno
 Sedis patriæ videt hospitium.
 Pallas Aetææ veneranda genti,
 Quod tuus cœlum superosque Theseus 1150
 Spectat, & fugit Stygias paludes,
 Casta nil debes patruo rapaci:
 Constat inferno numerus tyranno.

nem. Gellius, qui hoc plumbeum te-
 lum Gittero præbuerat, idem reundit
 lib. 2. cap. 22. *Gronovius.*

1132. *Humida*] In vallibus enim
 colliguntur aquæ. *Farnabius.*

1133. *Tremuit*] Ipsa enim altitudo
 attonat summa: Caucasum, Acroce-
 raunia, Idam, injectum Pelion Ossa,
 Gigantes. *Idem.*

1140. *Circaregna tonat.*] Epist. 19.
 Volo tibi hoc loco referre dictum Mace-
 natis, vera in ipso ecclœ eloqui: Ipsa
 enim altitudo attonat summa. Hoc vo-
 luit dicere, attonita habet summa. *Gron.*

1144. *Qui clara*] Theseo ab infes-
 tis reverto lucuoso contigit redditus,
 & necio an inferna sede flebilis pa-
 tria hospitium. *Farnabius.*

1149. *Pallas*] Vide suprà vers. 108.
 & Hercul. Fur. ver. 912. *Idem.*

1150. *Tuus Theseus*] Athenarum
 rex, qui sub tuo præsidio. *Idem.*

1152. *Castæ*] O Pallas ven. &c.,
 suprà vers. 1144. *Patruo tyrranno*] Plu-
 to. *Idem.*

1153. *Constat inferno, &c.*] Loco
 Thesei inde reueli celsitilli Hippoly-
 tus. *Idem.*

1158. *Cœs.*

Qua-
 Stri-

Phæd-
 ma-
 neg-

The-

Plan-

Phæd-

Inva-

Emit-

Ext-

Con-

Ode-

Tut-

Red-

Ame-

Hipp-

Tale-

Aut-

Qua-

do-

Velm-

1160

polyt-

Idem.

1161

Ægeus-

navis

perifla-

datis

albis

re-

1162

mea-

cen-

1163

Quæ vox ab altis flebilis tectis sonat? D
Stricto quo vecors Phædra quid ferro parat? D
1155

ACTUS QUINTUS.

THESEUS. PHÆDRA.

Phædra Hippolyti innocentiam, suas calumnias revelat: ipsaque sua se manu occidit, pater non sine luctu filio justa persolvit, novacula negat.

Thef. **Q**uis te dolore percitam instigat furor?

Quid ensis iste? quid ve vociferatio?

Planctusque supra corpus invisum volunt?

Phæd. Me, me, profundi sæve dominator freti,

In invade, & in me monstra cæruleimaris 1160

Emitte; quidquid intimo Tethys sinu

Extrema gestat, quidquid Oceanus vagis

Complexus undis ultimo fluctu tegit.

O dire Theseu semper, o numquam ad tuos

Tutò reverse! gnatus & genitor nece 1165

Reditus tuos lueré, pervertis domum,

Amore semper conjugum aut odio nocens.

Hippolyte, tales intuor vultus tuos?

Talesque feci? membra quis favus Sinis,

Aut quis Procrustes sparxit? aut quis Crescius 1170

1158. *Corpus*] Artus passim collectos Hippolyti, quem morto oderas. *Vel mihi invisi.* *Farnabius.*

1160. *Monstra*] Quæ modo in Hippolytum misisti jamque justius in me. *Idem.*

1165. *Gnatus*] Elius ranc' pater Ægeus olim, qui ex edicitiona ture navis tute vela maga prospiciens ac te percussisse inde coquicione, quia in mandatis dederat un vices aeternolumnis albis redires velis, se in mare dejectit. *Idem.*

1167. *Amore*] Mei, criminationi meæ nimis crudelis. *Idem.* *Odio nocens.*] Antiope. sup. v. 225. *Idem.*

1168. *Tales*] Laceros, Tedaeos *Idem.*

1169. *Feui*] Falso insinuando te.

Idem. *Sinu.*] Latro Corinthinus, qui pindibus intortis alligatos homines dilacerbat. vide quæ ad v. 216. *Hercul.*

Par. & inf. v. 1218. *Idem.* Iungis solent, *Sinis* & *Procrustes* & *Minotauros.* *Ovidius.* In Epist. Phyllidis:

Cum fuerit lectus Seiron, toruusque Procrustes. Et Sinis, & tauri militaque forma viri: de his latronibus, vide Plutarch. in Theseo, & Notas in Claudia-

nium. Delius.

1170. *Procrustes*] Thyest. v. 1047. *Farnabius.* *Crescius*] Minotauros. sup.

ver. 646.